Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



catum matris eius non deleatur
Fiant contra dominum semper
et disperdat de terra memoriam eorum
pro eo quod non est recordatus fa
cere misericordiam Et persecu
est hominem inopem et mendicum
et compunctum mortificare Et di
lexit maledictionem et ueniet ei et no
luit benedictionem et elongabitur ab
eo Et induit maledictionem sicut
uestimentum et intrauit sicut aq
medicamentum eius et sicut oleum in ossibus
eius Fiat ei sicut uestimentum
quo operitur et sicut zona qua sem
per precingitur Hoc opus ad
uersum qui detrahunt mihi apud
dominum qui locuntur mala aduersus
animam meam Et tu domine
fac mecum propter nomen tuum quia su
auis est misericordia tua Liberam me quia
pauper ego sum et cor meum conturbatum
est intra me Sicut umbra cum declinat ab latus suum et
excussus sum sicut locusta Genua
mea infirmata sunt a ieiunio
et caro mea immutata est propter oleum
Et ego factus sum opprobrium
illis uiderunt me et mouerunt ca
pita sua Adiuua me domine
deus meus saluum me fac secundum
misericordiam tuam Et sciant quia ma
nus tua hec et tu domine fecisti eam
Maledicent illi et tu benedices qui
insurgunt in me confundantur
seruus autem tuus letabitur Indu
antur qui detrahunt mihi pu
dore et operiantur sicut diploide con
fusione sua Confitebor domino
nimis in ore meo et in medio multo
rum laudabo eum Quia astitit
a dextris pauperis ut saluam faceret
a persequentibus animam meam

Psalmus

Dixit dominus do
mino meo sede a dex
tris meis Donec ponam in
imicos tuos scabellum pedum tuorum Virgam
uirtutis tue emittet dominus ex
sion dominare in medio inimicorum
tuorum Tecum principium in
die uirtutis tue in splendoribus sanc
torum ex utero ante luciferum ge
nui te Iurauit dominus et non
penitebit eum tu es sacerdos in et
ternum secundum ordinem melchisedech
Dominus a dextris tuis confre
git in die ire sue reges Iudica
bit in nationibus implebit ruinas
conquassabit capita in terra multorum
De torrente in uia bibit propte
rea exaltauit capud

Confitebor tibi domine in
toto corde meo in consilio
iustorum et congregatione
Magna opera domini exquisita in
omnes uoluntates eius Con
fessio et magnificentia opus eius
et iustitia eius et iustitia eius manet
in seculum seculi Memoriam fe
cit mirabilium suorum misericors
et miserator dominus escam dedit
timentibus se Memor erit in sae
culum testamenti sui uirtutem o
pum suorum annuntiabit populo suo

alia

355